

et beneficiis plurimis comiter habiti, in summa calamitate fuimus, ita quidem penitus animo meo inhesit sedes illa terrarum ut postea semper loco patrie michi haberetur. et sane nil ego extra Italiam^(a) vidi eamque ipsam non omnem. sed earum, quas utique videre
 5 contigit^(b) regionum, nulla aut prospectu^(c) coeli aut situ fertilitateque terrarum aut, quod ante omnia precipuum est, indulgentia hominum, prestat. ac ita quidem constitutum est michi ut, si unquam more iudicioque meo vivere michi liceat, ea vite mortisque sedes sit. quamobrem magna me sollicitudo tenet ne quid ingruat adversi,
 10 ne quid patiat incommodi. vides gentem illam in summa libertate natam solutissimis legibus vivere: que res esse damno solet iis^(d), qui uti nesciant libertate. sentis gravibus inter se odiis non modo privatos aut principes viros, sed et populos laborare, tam quidem ex presentibus causis quam damnis retro latis, ac ne minus
 15 quidem ex ea que omnium malorum mater est, invidia. accedit ad hec summa rerum omnium copia, que laxivire animos faciat nec sinat sue ipsos salutis meminisse, et assuetudo quedam iam facta bellorum. cumque dudum pacatissima regio esse solebat, nuper et externis et internis^(e) bellis exercitata est^(f). imminet prae-
 20 terea non usquequaque aspernanda res, metus^(g) Germanorum, ex qua natione editus patrie preses occisus est. iuncti^(h) illi erant summi principes sanguine atque arctissima necessitudine, quos optare vindictam verisimillimum michi videtur....⁽ⁱ⁾

colto amorevolmente in tanta sciagura con i suoi;

quel Friuli, che fra tutte le regioni d'Italia gli sembra la più ridente, la più gentile,

sicchè ivi vorrebbe vivere e morire. Esprime i suoi timori per quella gente di libero sentire,

travagliata dalle lotte intestine, oggetto delle brame altrui,

insidiata dalla propria ricchezza, ed ormai abituata a far guerra.

Aggiungasi ancora il pericolo che vengano i Tedeschi a vendicare l'assassinio del patriarca Giovanni, congiunto com'era de' più alti principi loro.

(a) B nil esse Italiam PM c. 1078 in marg. « Obscura sententia: est corrigenda. »
 « Correxì locum collatum cum alio codice ». B³ P extra (b) B P contigit (c) B prospectu (d) B B³ his (e) P intestinis (f) B³ exercitata sit (g) B P usquequaque aspernanda res metusque B³ non usquequaque aspernanda res, metus PM « Corrigenda » est hoc modo: non usquequaque aspernanda res, metus G. Ita enim legit quartus codex.
 (h) B inventi (i) B P in marg.: « Imperfecta ». PM « Epistola hęc imperfecta est, » at, licet titulo careat, mihì tamen pro comperto est scriptam eam esse ad patriarcham Aquileiensem ».

« per ipsum Ratulfum in duodena dicti » mag. Zamboni in ratione ducatorum
 « viginti sex auri in anno - item li-
 « bras viginti quatuor - et dictas pe-
 « cunie quantitates ser Vergerius q. ser
 « Iohannis de Verzeriis de Capite Ystrie
 « assereret se teneri et dare debere
 « dicto Rantulfo occasione administrat.
 « tutelle et bonorum et rerum dicti

« Rantulfi - id circho dictus ser Ver-
 « zeriis principaliter se obligando sine
 « aliqua exceptione iuris - promisit
 « - pres. d. Machagino de Grompo
 « legum doctore, d. Pizacmino de
 « Pizacminis legum doctore, d. Iohane
 « Porzelino legum doctore &c. ». (Ar-
 chivio Notarile di Padova, Atti di Bo-
 ninsegna da Pontedibrenta, II, c. 407).